

Jul. Caesar uidetur laureatus, lauo ore, cum nominis
epigraphæ. CAESAR IMP.

In altera.

M. Antonius & Cleopatra contigui ad laeuam partem
intuentur. Hæc Junoni, illæ Ioui similis. irradiato.
Capitella occipitibus tenentes. opertis ambo pedo-
ribus. Inscriptio. COS. ETEN. DESIC. Nummum
hunc æneum, apud me domi adseruo.

In una parte.

Jul. Cas. uidetur laureatus, sinistro obtutu, aperto
collo, cum nominis honorisq; nullo signo in his
adpresso.

In altera.

Pax conuersa stat, tunicata, patagiata, dextra
manu caduceum tenens, altera summâ hastâ.
Adscriptio. L. AEMILIUS. III. VIR. Nummum hunc
argenteum uidi aliquando apud D. Antonium
Augustinum Romæ.

In una parte.

Julius Cas. laureatus est, simili aspectu, lauo,
aperto collo, post quem adparet Iulius, cum
inscriptione ob os posita. DIVI IULI.

In altera.

Vitulus optimus dextram uiam ingreditur. Sup
quem legitur, infraq; . Q. VOCONIVS VITVLVS.
Nummum hunc argenteum, uidi aliquando apud
D. Achillem Maphæum Romæ.

In una parte.

Venus conspicitur, laureata, mauri, momiliq;
adornata, ad laeuam partem intuens.

In altera.